



Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

complectens sanctos Mensium, Aprilis, Maii & Ivnii

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Mvltv m Reverendo, Nobilitate, Ac Vitae Integritate Spectatissimo Heroi D.
Henrico à Rvissenberg; Ordinis Teutonici, Baliuæ luncetanæ
Commendatario Prouinciali strenuißimo: Domino suo perpetua ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-42716

MVLTV M R E.

VERENDO, NOBILITATE, AC
VITAE INTEGRITATE SPECTATIS.
simo Heroi D. HENRICO à RVISSEN-
BERG; Ordinis Teutonici, Baluæ Iuncetanaæ
Commendatario Provinciali strenuissimo:
Domino suo perpetua obser-
uantia colendo,

S. D. P.



VANQVAM nullo non tempore
ob innumeræ in nos diuinæ benefi-
ciorum indies collationes, immen-
ſæ D.O.M. ſint agendæ grates Reue-
rende admodum ac Generofe Do-
mine, ad cumulatiōes attamen præfenti quo-
quot ſumus orthodoxos omnes aſtrigi indubi-
um omnino eſt: ob hoc quippè, quod paſſim Ec-
cleſiam ſuam hoc etiamnū xuo turbulentiffi-
mo, bellis, ſeditionibus, ſchismatisq; referti-
ſimo, tot insignium ſanè ac in fide Orthodoxa
constantifimorum adornare continuet corona
Virorum: compluriumq; utriusque Potestatis
Principum ac Præfidum pientifimorum. Quo-
rum quidem primi tum ſcribendo tum ad popu-
lum declamādo Catholicæ Religionis integri-
tati propagationiſque ſtudere, tanta ſolertia do-
ctrinæq; puritate, ſubindē ut haud paucos ſum-
ma prius obſtinatione in perfidia obduratos ac
memoratæ Religionis eiufque ministrorum
inueterato odio excoecatos, diuina ope, Eccle-
ſia Catholicæ Apostolicæq; reſtituant recon-
cilientque: alij verè ſua potentia ac auctoritate

† 2

popu-



E P I S T O L A

populum Dei aduersus hæreticorū & schismati-
corum impietatem, insolentiam, procacita-
temq; egregiè turari; eorumque prauos iugiter
conatus animiq; conceptus prudentissimè e-
lidere eludereq;

Quantū porrò memorati alij, si impij impro-
biq; fuerint, haud sibi solis noxijs, ast alios pe-
nē innumeros sint pessundaturi: vix condigne
explicari possit. Partim quid cum oculi omnīū
in eos conijciantur, ac quid agant quemadmo-
dumve viuant inquiratur: multum mali reuerā
in illorum exemplo sit. Studiosè siquidēm ple-
riique in populo mores factaque eorum imitan-
tur, eaqué suis vitijs prætexunt; persuasum ha-
bentes illa aut indecora non esse: aut licet parū
recta sint, exemplo superiorum, quorum auctor-
itate maximè nituntur, defendi posse. Legimus
etenim Secundum Iudicem populi, sic & mini-
stri eius. Dein Qualis rector ciuitatis, tales &
inhabitātes in ea. Partim autem, quod quicquid
Principes delirent, plebs plerunque plecti so-
leat: & pro illorum iniquitatibus Deo irato p-
nas luat.

Et quidem omisso primo, cùm id nulli non
compertum sit, venio ad alia: quām nempē ad
mala patranda Principes ac populi Rectores
suo exemplo pellicere soleant suos, auctorita-
te adducere &c. An non Ierooboam (vt vel
paucā, eaqué ex sacris exempla proferam) vitu-
los conflatis colens, ad adorandos illos, qui e-
ius imperio suberant, perduxit? De Achab idem
idololatra, sic exemplum cepere sui: vt Helias
Propheta se solum ab idolatria alienum reli-
ctum esse quereretur. Neque id inultum tulēre.
Ierooboam namque thus adolenti, manus quam

ia

Ecclesiast. 10.

3. Reg. 12.

19.

13.

DEDICATORIA.

in Prophetam corripietem se extenderat, man-
dans apprehendendum subito aruit: ut illam in-
flectere minimè quiret. Huc accessit quod quin-
genta millia hominum ex Israel bello, uno die ² Paral. 13.
periēre: Ieroboamque à Domino percussus mor-
tem oppetiit. Achab verò regnante, cum tribus
annis & sex mensibus non pluisset, fame pluri-
mi miserabiliter enecti sunt; Achab autem in ³ Reg. 17.18.
prælio vulnere accepto, extinctus est: & linxere ²².
canes sanguinem eius, iuxta verbum Domini.
Ita quidem Principes & ij qui ad malum exem-
plum corum sese componunt: grauissimas pœ-
nas dare solent. Neque id solum ex errore Prin-
cipum pendentibus accidere solet: verum etiam
solo Principe delinquente. Cuius rei exemplum
in Davide videre est. Cum siquidem spiritu fu- ^{2. Reg. vte.}
perbia incitatus populum numerari curasset, e ^{1. Paral. 21.}
ius numerum nosse percupiēs: septuaginta mil-
lia virorum peste ceciderunt. Quam luem mis-
ratus Dauid, cernens angelum populum cæden-
tē, in eam vocē prorupit: Ego sum qui peccavi,
& ego iniquè feci, isti qui oves sunt quid fece-
runt? Blasphemæ item voces in Deum Balthasa-
ris Regis, interitum regni totius attulerunt. Du- ^{Dan. 5.}
ritia Pharaonis & cor pœnitere nescium, quan- ^{Exodi 8.9.}
tis calamitatibus, quantis ærumnis, quantis cæ-
dibus Aegyptum affixit? postremò & ipsum
cum toto exercitu aquis maris rubri obrui fe-
cit. Quin & Sedechias Hieremiæ prophetiam
contemnens, à Nabuchodonozore rege captus, ^{4. Reg. 25.}
in cōspectu suo filios trucidari vidit: ipsi autem
eruti sunt oculi. Hierosolyma funditus euersa;
templum Dei destructum: selectissima pars Iu-
daici populi vna cum Rege in seruitutem Baby-
lonicam abducta.

† 3

Vide-

E P I S T O L A

Videre itaq; perspicuè est, vndè bellis ac seditionibus omnia ferueant, alia aliò ferantur; omniaque misceantur ac mutentur: Indeque & optimè colligere, quantoperè Superiorum pietas sibiipsis & rebus publicis conferat. Contrariorum namque eadem est disciplina. Quid enim Iudeis contrà Amalechitas pugnatibus victoriam attulit: illisque aliquandò Deum placatum reddidit? Pietas Moysis. Quid effecit nè Samuel eiusdem gentis Princeps, bouem aut asinū (vt ipse refert) alicui eriperet, nevè quempiam calumniaretur; opprimeret &c. Pietas. Quid Dauidem Regem impulit, ne illum antè arcam Domini saltare, fidibusque canere puderet? Pietas. Ut præterea iniuriam à Semei illatam, quod à Deo esset, non vlcisceretur? Pietas. Sauli item se persequenti vt parceret? Pietas. Bis illi, oblata occasione, necem inferre potuisset: ast non sicut hæc illum afferre manus Christo Domino: sed vindicandum Deo relinquere.

C. Bar. 3. tom.
Annal.
Psaln. 81.

Quis aliundè quoque quām à pietate profectum existimet, vt Constantinus ille magnus præter egregia dona Diuorum templis illata, Christum ab omnibus colendum præciperebat: ac in Nicæna Synodo, cùm Sacerdotes inter se contenderent, singulorum libellos quibus culpæ continebantur in sinu cōtinens, nè illis præscripta, rumoribus differentur, ad Episcopos diceret, illos esse datos hominibus Deos? atque ob id iudicandos ab illo solo, de quo scriptum est, Deus sterit in Synagoga Deorum: in medio autem Deos dijudicat? Proindè missis contentionibus, ea quæ fidei sunt, vt discuterent moneret,

DEDICATORIA.

neret, libellosque querimoniarum exuri iubaret; ne innotesceret odium & disceptatio Sacerdotum? O mentem pietatis plenam, & monarcha orbis dignam. An non & Theodosius *C.Baron. 4.*
Imperator sola pietate motus Diuum Ambro- *tom. Annal.*
sium tulit patientissime, cum illum censuris ecclesiasticis percelleret, templumque ingredi veterer; monens ut vinculum quo Dominus illum ligarat susciperet? Gemens siquidem ploransque in regiam reuersus: contrito & humiliato corde illi morem gesit. Crudele nimis sanè paulò antè admiserat facinus idem Augustus, cum ob seditionem quandam Thessalonicae, improviso casu aliquot millia hominum nullo habito delectu sotium vel innoxiorum trucidari mandārat.

Ceterū tempus me deficeret, si innumeros penè alias cùm veteres tūm modernos vtriusque potestatis, tam memoratæ quam inferiores conditionis homines (ad quos etiam ea quæ de improbitate & pietate diximus pertinere certum est) in medium proferre voluerim: inter quos tu Generose Domine ceu clarissimum quoddam pietatis fidus insigniter resulges. Reuerenda ista siquidem tua canities rara quadam prudentia adornata, aliarum insuper (vt uno verbo dicam) virtutum omnium claritudinem est conspicua; ut solo etiam intuitu corda hominum ad gratiam & fauorem sibi conciliet. Quam quidem hic opportunè possem complurimis celebrare encomijs: at vereor eandem non tam honoratam ijsdem quam oneratam: pro sua modestia ea molestè laturam. Vera quippè virtus humanas aspernatur

E P I S T O L A

laudes; cū nulla reuerā re alia potest illus̄t̄or,
quām suo ipsius splendore effici: longeq; hono-
rificentius sit virtute præditū esse, quām ob vir-
tutem prædicari. Verum enim uerò cum tot &
tanta certatim in te vno meritō euehēda seſe
offerat: ea omnino h̄ic filētio obuoluta omitti:
haud patitur opportuna planē oblata occasio.

Et primò quidēm qui condignē memorem i-
psam generis sp̄eciatissimam nobilitatem, anti-
quissimamq; illam ac præclarissimam familiam
à R V I S S E N B E R G , quæ perplures hac tenus
præstantissimos produxit viros, gubernaculis
cum Ecclesiasticis, tum secularibus admotoꝝ
Vndē et si non parum tibi accedat splendoris,
non minus tamēn eam tu illustras vera animi
(quæ potissima est) nobilitate. Nec vulgarem
profectō laudem meretur ingens vestrum studi-
um in subueniendis Reipub. Christianæ bellicis
necessitatibus; suppeditando temporibus op-
portuniſ selectissimos quoſq; magnanimosque
Christi Athletas aduerſus Christiani nominis
inimicos Turcas, truculentissimos: de quorum
frequentibus, Christo Domino indubio propu-
gnatore, à nostris illis illatis cladibus, ac egre-
gijs ex eisdem obtentis victorijs haud immeri-
tō ſibi congratulatur quotquot ſunt verè Chri-
ſtiani. Qui porrò immotam illam hac tenus in
Catholicæ fidei profeffione constantiam, pifco-
rum illorum Sanctorum quodammodo ſimilē?
quorum quidēm corpora in pace ſepulta ſunt:
ait viuent nomina eorum in generatione & ge-
nerationem. Quorum ſapientiam narrant popu-
li, & laudem eorum nuntiat Ecclesia. Sileo alias
multas easque egregias corporis animiq; dotes,
quibus R. V. cumulauit rerum omniū præpotens
Deus

Et

Ecclesi. 6.4.

DEDICATORIA.

Et quidem hisce omnibus haud immerito ex-
citatius, Heros generosissime, cum iam pridem
sub tui nominis auspicijs primùm in lucem edi-
tus Secundus hic Tomus de Vitis siue rebus ge-
stis Sanctorum; iam summo studio recognitus,
ab innumeris penè mendis vindicatus, Vitisque
nonnullis probatissimis auctus, ac proinde per-
fectior multò, iterum prodire gestat, faciendū
omnino mihi putaui, ut idem is N.R.V secundum
inscriberetur: cùm vt tam eximij celeberrimiq;
Patroni auctoritate ac existimatione à cacodo-
xorum cauillationibus, Zoilorumq; mortibus,
vti haec tenus egregie defensus, maiore libertate
ac vtilitate in hominum manibus versari possit,
tum vt eò summæ deuotionis ac perpetuæ meæ
erga illum obseruantia significationem aliquā-
tam darem.

Accipiat itaque R. D. V. serena fronte exi-
guum hoc munusculum quod candido integer-
rimoque animo offero; meq; Clientum suorum
albo inscribere haud deditur: quin & domū
hanc Sacram cum omnibus ibidem Omnipo-
tentis Deo militantibus summè velit habere co-
mendatam. Datum ex eadem Carthusia almæ
Civitatis Coloniensis, Anno restauratæ salutis
1602, pridie Nativitatis glorioissimæ Deiparaæ
Virginis MARIAE.

R. D. V. obseruantissimus
& humillimus

F. Cornelius Grasius eius-
dem Carthusia professus.

INDEX